



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

37. An tutores, & curatores possint facere eleemosynas de bonis pupillorum, & ipsi pupilli consentire teneantur? Et an non solum tutores, sed etiam ipsi pupilli, & minores possint moderatas ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

amplius est etiam nouissime Hieronym. Cenedo de pauper. relig. dub. 3.2. num. 14. vbi asserit: [No ay escrupulo en dezir, que la muger de vn rico puede dar cada año la vigesima parte de su renta, sin licentia de su marido como si tiene duos mil ducados de renta puede dar ciento.] Sic etiam Ledesm. in summ. tom. 2. tract. 4. c. 3. concl. 3.8. fol. mibi 116. & Vegha in summ. tom. 2. cap. 17. cas. 23.

RESOL. XXXVI.

An vxor infcio marito possit tribuere eleemosynam, ut Deus auertat grane damnum mariti, ne scilicet eum puniat, vel ut impetret eius conuersione à statu malo? Et quid est dicendum si maritus tale quid sciret & id illi displiceret? Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Ref. 23. aliàs 25.

Arò admittendam esse affirmatiuam sententiam in hac quæstione putat Coninch de atibus superna. lib. 4. dist. 27. dub. 5. 56. præsertim quando manifestè non constat virum esse notabiliter negligentem in eleemosynis præbendis, & suo officio hac in re nullo modo satisfacere. Et inter alias rationes adducit quod contrarium sentiendo videtur nimium laxari libertas vxorum, nam multa imprudenter largiuntur sub prætextu, vt viri aliquibus peccatis emendarentur. Et hanc sententiam tenet etiam Fernandez in exam. Theol. mor. p. 1. c. 16. §. 6. num. 2. & Molina de iust. tom. 2. disp. 274. n. 12. vbi contra Nauarrum vbi infirmitas absolute asserit, non posse vxorem ad vitandum spirituale damnum viri contra ipsius beneplacitum facere eleemosynas.

2. Sed ego puto contrariam sententiam esse probabiliorè, & tutam in praxi, & illam docent Malder. 2. 2. 32. n. 8. Valquez opusc. de eleemosyna c. 4. n. 4. Bonac. de contrah. disp. 2. q. 10. punct. 2. n. 9. Grafius tom. 1. lib. 2. c. 60. n. 9. Nauarr. in man. 17. n. 154. Idem Nauarr. lib. 3. c. 1. n. 83. qui citat Syluestrum & Gabrielem Lessium lib. 2. c. 12. dub. 14. n. 85. Lorca in 2. 2. 32. art. 9. sect. 3. disp. 36. n. 9. Turrianus etiam 2. 2. tom. 1. disp. 34. dub. 1. Mollesius in sum. tom. 1. c. 16. n. 1. n. 36. Filliuc. in q. mor. tom. 2. tr. 34. c. 2. n. 44. & alij. Et addit Reginald. tom. 1. lib. 4. c. 22. num. 278. cum Syluestro ver. eleemosyna, n. 8. hoc etiam esse verum si vxor crederet quod si maritus tale quid sciret, id illi displiceret. Et ratio est, quia in tali casu maritus est irrationabiliter inuitus. Confirmatur exemplo Abigail 1. Reg. 15. quæ prudenter, & piè misit munera Dauid, quæ maritus impiè negauerat.

3. Ad Argumentum, quod adducit Coninch, respondetur, non dari ex nostra sententia nimiam libertatem vxoribus, nam tales eleemosynæ sunt dandæ in moderata quantitate, considerata quantitate bonorum, nam aliter esset quidem maritus rationabiliter inuitus. Imo puto non esse faciendas, quando timerentur maximæ contentiones. Vxores igitur in tali casu se remittant ad consilium, & arbitrium pudentis Confessarij, qui considerando statum viri & quantitatem bonorum, taxabit summam eleemosynæ ab vxore pauperibus tradendam.

RESOL. XXXVII.

An Tutores, & Curatores possint facere eleemosynas de bonis pupillorum, & ipsi pupilli consentire teneantur? Et an non solum Tutores, sed etiam ipsi pupilli, & minores possint moderatas eleemosynas facere, & Tutores consentire ad id consentire. Et docetur, quod Tutor pro pupillo aliquid potest donare. Ex p. 5. tr. 8. Ref. 35.

§. 1. Respondeo affirmatiuè. Dico igitur, tutores & curatores, & omnes illi, quibus alieno iure bonorum cura demandata est, possunt moderatas eleemosynas facere, quia id pertinet ad rectam bonorum administrationem, quæ illis commissa est, & in bonum pupilli, & minoris cedunt, ipsique consentire tenentur. Ita Lorca in 2. 2. sect. 3. disp. 36. num. 10. Valquez opusc. de elemos. cap. 4. num. 2. Azorius pari. 2. lib. 12. cap. 10. quest. 5. & alij communiter. Vnde Ioannes de la Cruz in direct. conf. part. 1. tr. 7. quest. 1. art. 3. dubiat. 4. conclus. 2. docuit, quod tutor pro pupillo aliquid potest donare, & munera ex more consueti conlanguincis pupilli mittere. Igitur si potest donationes moderatas facere, poterit etiam & moderatas eleemosynas præbere. Imò non solum tutores, sed etiam ipsi pupilli & minores possunt moderatas eleemosynas facere, & quales ad eundem sortis secum solent facere, & tutores tenentur ad id consentire, & ita docet Coninch disp. 27. dub. 5. num. 61. & plus addit Reginaldus tom. 1. lib. 4. cap. 21. numero 270. posse tutores & curatores pauperibus subuenire & officium pietatis taliter exercere, qualiter pupilli & minores, si adultæ ætatis essent exercere deberent.

Sup hoc late in 10. 6. tr. 7. Ref. 28 & in Ref. 26. §. 2. ad lin. 5. & in Ref. 13. §. Adhæc.

RESOL. XXXVIII.

An filius familias possit facere eleemosynas? Et inter alia, que circa hoc discutuntur, queritur, quod si filius familias ludo aliquid lucri fecerit, an id etiam pauperibus erogare queat? Et an possit filius ad vsus honestos accipere aliqua à Patre etiam inuito? Ex p. 5. tr. 8. Ref. 25.

§. 1. Potest ex bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, quia eorum plenum ius, potestatem & administrationem habet: ex bonis verò perfectiuis, vel aduentitiis non potest, ex profectiuis quidem, quia eorum proprietates & vltus fructus est penes partem: ex aduentitiis autem, quia quamuis eorum proprietatem habeat, non tamen vltus fructum, quia et apud patrem dum viuuit: filius familias itidem cum longa peregrinatione suscepta consensu patris iter facit, vel cum in scholis versatur studij literarum gratia, vel cum paterna negotia gerit absens à domo patris, potest tuta conscientia ex bonis paternis eas eleemosynas dare, quas erogare solent alij filij familias inuicem condicione pares, & eas, quas bona fide credit ratas habiturum patre. Insuper si patre viuendo subtrahat sibi aliquid ex his, quæ ad ipsius victum patre concedit, potest id in pauperum vsus impendere. Quid si ludo aliquid lucrifecerit, an id etiam pauperibus erogare queat? ordinariè non potest, quia id acquiritur patri; at verò ex tacita patris voluntate, quæ bona fide creditur ratam habitura, quod filius dederit ludo partem, potest tuta conscientia id facere. Ita Azorius 10. 2. lib. 12. cap. 10. q. 1. & Hurtad. de Mend. in 2. 2. disp. 159. sect. 6. §. 139. qui addit posse filium ad vsus honestos accipere aliqua à patre etiam inuito, quia irrationabiliter est inuitus, quæ potest pauperibus erogare. Item si pater nullas erogat eleemosynas, potest filius pro eo erogare, quia hæc in parte censetur idem esse pater & filius, neque censetur pater rationabiliter inuitus vt id fiat per filium; si verò ex bonis paternis grauem quantitatem adimat, eleemosyna ex illis neque est licita, neque valida, teneaturque filius eam quantitatem fratribus restituere pro rata cuiusque quantitate. Vide etiã circa præsentem quæstionem Filliucium tom. 2. tr. 28. cap. 4. num. 94.